



Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskeres Bibliotek

Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

Danskernes Historie Online er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalhistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

Støt Danskernes Historie Online - Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her: <https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

Links

Slægtsforskeres Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>

Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

ANNOTATIONES

AD

POSTERIOREM LIBRUM SAMUELIS

ET

PRIOREM LIBRUM CHRONICORUM,

SYNOPTICE EXPOSITOS,

SCRIPSIT

J. P. F. KÖNIGSFELDT,

ADJUNCTUS SCHOLÆ FREDERICOBURGENSIS.

HAUNIAE.

TYPIS EXCUDERAT *FABRITIUS DE TENGNAGEL.*

MDCCCXXXIX.

ANNOTATIONES

AD

POSTERIOREM LIBRUM SAMUELIS

ET

PRIOREM LIBRUM CHRONICORUM

SYNOPTICE EXPOSITOS.

PARTICULA POSTERIOR.

PROLUSIO,

QUAM

AD INDICENDUM EXAMEN PUBLICUM,

IN

SCHOLA REGIA FREDERICOBURGENSE

MENSE SEPTEMBRI A. MDCCCXXXIX HABENDUM,

SCRIPSIT

J. P. F. KÖNIGSFELDT,

ADJUNCTUS SCHOLÆ FREDERICOBURGENSIS.

HAUNIÆ.

TYPIS EXCUDEBAT *FARRITIUS DE TENGNAGEL.*

Sectio XXIII.

2 Sam. cap. XIII.

Amnon, primogenitus Davidis filius, a fratre Absalomo propter injuriam Thamaræ sorori illatam dolose interficitur.

1. וַיִּצְרַר לְאַמְנוֹן לְהַחֲלֹחַ, *et angustum erat Ammoni ad ægrotum se faciendum* i. e. adeo moeruit, ut paulum abesset, quin morbum contraheret. וַיִּצְרַר, fut. Kal a יָצַר i. q. צָרָה, הָלָה, politus, lævis fuit, 2) ægrotavit, Piel ægrum fecit, Hithp. ægrum se fecit, inde morbum simulavit (v. 5 et 6). Quo significatu etiam h. l. Hitzig¹⁾ sumsit, qui, וַיִּצְרַר a יָצַר *formavit, fluxit*, accipiens, vertit: „es wurde von A. erfunden, sich krank zu stellen“; sed obstat usus hujus verbi יָצַר, quod neque intransitive neque impersonaliter usurpatur. — וַיִּשְׁלַח בְּעֵינָיו אֶמְנוֹן, recte Vulg. *difficile ei videbatur*.

3. שָׁמְעָה (1 Chr. 2, 13. 20, 7 שָׁמְעָה), frater Davidis, dicitur 1 Sam. 16, 9. 17, 13 שָׁמְעָה — הָבֵט, h. l. sensu malo *callidus*, ita etiam 14, 2.

4. בָּבָה, contr. ex בָּה כָּה i. q. כָּה כָּה, *sic et sic*.

1) Begriff der Kritik, am A. T. praktisch erörtert, Heidelb. 1831, p. 139.

5. וְהִתְחַנְּנִי, *et offerat mihi cibum*; בָּרָה comedit (v. 6. 12, 17), Hiph. comedendum dedit (3, 35); בָּרָה cibus, βρωμα.

6. לָבַבְתָּ, placentæ, LXX ζολλυρίδες, Vulg. *sorbitiuncula*; לָבַב, verbum denomin. *placentas fecit*.

8. לֵישׁ, *depsere massam farinaceam* (בָּצֵק). — בָּשַׁל maturuit, Piel *coxit*.

9. מִשָּׂרָת, ἄπαξ λεγ. etymi incerti, *sartago*, τήγαρον.

12. כִּן לֹא יִשְׁעָה כִּן, *non ita fieri solet*; futurum consuetudinem indicat, ut v. 18, Gen. 10, 9. 22, 14. 29, 2. 26. 34, 7. — עָשָׂה נִבְלָה, *flagitium commisit*, phrasis de stupro sæpe obvia, cfr. Gen. 34, 7, Deut. 22, 21, Jud. 19, 23. 24. 20, 10, Jer. 29, 23.

13. מִנְּהוּ אֵיךְ אֶת־הַחֲרָשָׁתִי, *quo auferam ignominiam meam?* i. e. quo abeam cum ignominia mea? יָרָה ivit, Hiph. abstulit. — לֹא יִמְנָעֵנִי מִנְּךָ, *me tibi non denegabit*; tales nuptias illicitas fuisse apud Hebræos Tamar ignorare non potuit (cfr. Lev. 18, 9. 11. 20, 17, Deut. 27, 22); sed dicebat hoc, ut Josephus¹⁾ monet, βουλευμένη τὴν ὀργὴν αὐτοῦ τῆς ὀρέξεως πρὸς τὸ παρὸν διαφυγεῖν.

16. אֶל־אֵדוּתֶיךָ הָרַעַה הַמְּהִלָּה הַזֹּאת וְג'; plerique recentiores (Gesenius, Winer, Hitzig) putant, אֶל־אֵדוּתֶיךָ conflatum esse e duabus lectionibus, אֶל־אֵדוּתֶיךָ et אֶל־אֵדוּתֶיךָ (Gen. 21, 11. 25. 26, 32 sæp.) *propter*, ut jam LXX habent *περὶ τῆς κακίας*, sed obstat contextus, quum locus ita omnino sensu destituatur. אֶל vulgo est particula deprecandi, et eodem modo h. l. sumendum videtur, aut *ne* (sc. sint) *causæ* (ne sumas causas) *mali magni hujus ex altero, quo me affecisti, ut me ejicias*, aut *ne sint causæ* (ne sis autor) *hujus mali majoris altero, quo me affecisti, me dimittenda*

¹⁾ Antiqu. VII, 8, 1.

i. e. noli rem pessimam pejorem adhuc facere me dimittenda (Clericus, Dathe, Maurer). Vulg. et Lutherus תַּלְתֵּי-אֲרָרִים omittunt.

18. תַּלְתֵּי-אֲרָרִים, *tunica ad manus et tulos porrecta* (LXX et Aquila *καρπωτός*, Symm. *χειροιδωτός*, Vulg. *talaris*), modo h. l. et Gen. 37, 3. 23. 32. occurrit¹⁾. Conferenda sunt verba Josephi l. supra c. *ἐφόρουν αἱ τῶν ἀρχαίων παρθένοι χειροδέτους ἄρχοι τῶν σιφυρῶν πρὸς τὸ μιγδὲ βλέπεσθαι χιτῶνας*. — תַּלְתֵּי-אֲרָרִים, *pallia, vestes superiores*, LXX *ἐπεנדῦται*, Vulg. vero simpl. *vestes: hujuscemodi enim filie regis virgines vestibus utebantur*, et Lutherus eodem modo: „[solche Röcke.“ J. D. Michaelis vertit: „von der Zeit an, da sie aufgehört hatten Kinder zu seyn“²⁾, eumque sequitur Dathe.

19. תַּלְתֵּי-אֲרָרִים, *manus capiti imposuit*, signum luctus, cfr. Jer. 2, 37.

20. תַּלְתֵּי-אֲרָרִים, *solitaria*; LXX habent *ζηρούσσα*, Vulg. *contabescens*.

21. Post verba תַּלְתֵּי-אֲרָרִים, *vehementer irascebatur*, LXX addunt: *καὶ οὐκ ἐλύπησε τὸ πνεῦμα Ἀμνὸν τοῦ*

1) Pr. *tunica extremitatum*, sc. manuum et pedum; rad. אָרָר (Ps. 12, 2 *desiit*) omnino notionem *extremi* habet, cfr. Syr. *أَلْأَلْ*, extremum manus, et *أَلْأَلْ*, extremum pedis (vide A. T. Hartmann die Hebräerin a. Pußtische, Amstelod. 1809, vol. III. p. 291 seqq.) Alii vertunt תַּלְתֵּי-אֲרָרִים *versicolor, variegata*, secundum LXX Gen 1. c. *ποικίλο;* (Luth. *bunt*, Cler., Michael, Schulz, Dathe, Braun de vestitu sacerdot. Hebr., Schroeder de vest. mulierum Hebr. Rosenm. ad Gen 1. c.)

2) Legi vult תַּלְתֵּי-אֲרָרִים, *inde a pubertate*, ab *عَلَم* pubes facta (עָלָם juvenis, עָלָם puella nubilis), cfr. Oriental. Bibliothek vol. XIII p. 230.

υιοῦ αὐτοῦ, ὅτι ἡγάπα αὐτὸν, ὅτι πρωτότοκος αὐτοῦ ἦν,
quod additamentum etiam in Vulg. legitur. Josephus
(Ant. VII, 8, 2) eodem modo habet: *Αυτίδης τοῖς μὲν
πεπραγαμένοις ἤχθητο, γιλιῶν δὲ τὸν Ἀμυῶνα σφόδρα,
προσβύτατος γὰρ ἦν υἱὸς αὐτοῦ, μὴ λυπεῖν αὐτὸν ἡναγκάζετο.*

22. לְמַרְעֵי וְעַד-טוֹב, *a malo ad bonum* i. e. neque male
neque bene; a sermonibus cum eo serendis prorsus abstinuit.

23. לְשָׁנַיִם רְמִיָּה, *biennio elapso*; רְמִיָּה ita sæpe pleona-
stice postponitur vocabulis certum tempus indicantibus¹⁾,
cfr. 14, 28, Gen. 29, 14. 41, 1. — בְּעַל הַצֹּר, urbs, ut
videtur, tribus Ephraimi (עַד-רְמִיָּהוּ, *penes Ephraimum*); alii
putant, בְּעַל הַצֹּר esse i. q. הַצֹּר, urbem in tribu Benjamin
sitam (Neh. 11, 33), vertentes עַד *juxta v. prope*. Josephus
habet *Βελσεφῶν, πόλις τῆς Ἐφραιμῖτιδος κληρουζίας*. —
וַיִּקְרָא אֶת־כָּל־בָּנָיו, *invitavit A. omnes filios regis*; læti dies,
quibus oves tøndebantur, soleenni convivio celebrari solebant,
cfr. 1 Sam. 25, 8. 36.

26. וְלֹא, *et non* i. e. quodsi tu venire nolueris; Clericus
neglectis accentis conjungit cum sequentibus: *annon nobis-
cum veniet Amnon?*

28. וְהָיָה לְבָנֵי-חַיִל, *alacres estote*; eadem exhortatio
occurrit 2, 7.

32. בְּ-עַל־פִּי אַבְשָׁלוֹם וְגַ', *nam in ore Absalomi positum
fuit* i. e. A. hoc decreverat. Male LXX ἦν κείμενος et
Vulg. erat positus.

33. Ante כִּי-אֵם, *sed*, subintelligendum est *non omnes
v. minime*. Masorethæ אֵם delendum putarunt²⁾ coll. haud
dubie v. 32.

1) Eodem modo nos dicimus: το καὶς **Sid.**

2) Dicitur hoc כִּי-אֵם וְלֹא קָרִי, ejus emendationis 8 exempla occur-
runt; præter h. l. in libro nostro 15, 21, 2 Reg. 5, 19,
Jer. 83, 16. 39, 12. 51, 3, Ezech. 48, 16, Ruth 3, 12.

37. תִּלְמִי, rex Gesuræ, erat avus maternus Absalomi, cfr. 3, 3. — וַיִּתְחַבֵּל, sc. David.

38. וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל repetuntur propter ea, quæ adduntur, cfr. 4, 7. 6, 4.

39. וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל, vulgo *et desuit rex D. egredi contra* (i. e. persequi) *Absalomum, nam solatium admitterat de morte Amnonis*; sed observanda est insignis anomalia, qua subjectum וַיִּתְחַבֵּל cum foemin. construitur. Hanc difficultatem diversis modis interpretes solvere conati sunt. Hitzig (Begriff p. 139) legendum putat וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל וַיִּתְחַבֵּל, *et constituit David rex* („es wurde [von] dem Könige David beſchloſſen“) *egredi adversus Absalomum, moerebat enim mortem Amnonis*, coll. 1 Sam. 20, 7. 9. 33, ubi כָּלָה signifies *decretum est*, et quoad formam Exod. 39, 32. Maurer statuit, כָּלָה h. l. notionem mutuari a כָּלָה *continuit, cohibuit*, ut sensus sit: *neque a se impetrare potuit D., ut exiret ad Absalomum* sc. ejus videndi causa (pr. „und es hielt ihn zurück,“ h. e. dolor, quo mors filii Davidem affecerat, eum cohibuit); *dolebat enim mortem Amnonis*.

Sectio XXIV.

2 Sam. cap. XIV.

Joabus ad Absalomum patri reconciliandum mulierem subornat, que fraude a Davide impetrat, ut revocetur; sed post biennium demum in conspectum regis admittitur.

1. כִּי לֵב הַמֶּלֶךְ עַל-אֲבִישׁוֹן; quum על omnino indicet conversionem mentis ad aliquid, significare potest et *erga et contra*, quare h. l. duplex interpretandi ratio adest¹⁾.

1) Idem valet de Gr. ἐπί (cfr. 1 Petr. 3, 12), ut eadem ambiguitas adsit in vers. LXX: ὅτι ἡ καρδία τοῦ βασιλέως ἐπὶ Ἀβισσαλόμ.

Alii: *animum regis adversus Absalomum esse* (Luther., J. H. Michael., Schulz, Hitzig); alii: *animum regis ad A. propensum esse* (Vulg., Clericus, J. D. Michael., Dathe, Gesen., Maurer), cui explicationi contextus favet; quodsi enim de hostili in Absalomum animo sermo esset, non præcessisset וַיִּדְרֹשׁ, *et intellexit*.

2. וְהָקִיץ, urbs tribus Judæ ad euronotum Bethlehemi sita, postea a Rehabeamo munita (2 Chr. 11, 6), patria Amosi prophetæ (Am. 1, 1). — וְהָאֲבָלָה, *luctum simula*; אֲבָלָה, luxit, Hithp. lugentem se gessit, luctum simulavit, etiam i. q. Kal (infra in h. v. מְהָאֲבָלָה, 13, 37. 19, 2, Gen. 37, 34, 1 Chr. 7, 22). — וְנָחַץ i. q. נָחַץ, unxit, 2) *unxit se*, sequ. acc. unguenti, cfr. 12, 20, Deut. 28, 40, Mich. 6, 15.

3. וַיִּשֶׂה יוֹאָב אֶת־דְּבָרָיוּ בְּאִזְנוֹ, *et posuit J. verba in ore ejus* i. e. verbis eam instruxit. Voluit Joabus hocce beneficio eum, quem regem fore sperabat, sibi devincire, ut postea Adoniam.

5. אֲבָלָה, *profecto* (Gen. 42, 21, 2 Reg. 4, 14), LXX καὶ μάλα, Syr. $\Delta\lambda\mu\alpha$, Vulg. vero *heu*. Michael. vertit *Trauer*, ac si scriptum esset אֲבָלָה.

6. נִצָּח (Syr. نَجَح , Chald. נצח), Niph. et Hiph. *rixatus est, contendit*. — וְאִין מְצִיל בְּיַמְיָהּ, *quum non esset liberator inter eos* i. e. quum nullas adesset, qui litem dirimeret, qui infirmiolem a fortiori liberare posset. — וַיִּכּוּ אֶת־אֶחָדָהּ, *percussit cum unus, nempe alterum*, pleonasmus emphaticus, ut Exod. 2, 6, Deut. 34, 10.

7. וַיִּכְבְּהוּ, *et exstinguunt* i. e. sic exstinguere volunt. כָּבַהּ exstinctus est, Piel exstinxit. — וְהַקָּלָה, *pruna, carbo ardens*, ἀνθραξ. Pruna, quæ una superest ad ignem servandum, unicam gentis interituræ spem indicat; ita etiam ζώπυρον

de spe generis ad paucos redacta dicitur. Conditionem suam mulier miserrimam fluxit, ut eo facilius dispensationem a rigore legis veniamque pro filio a rege obtineret, et ita viam pararet ad eandem Absalomo comparandam; nam si dispensationi locus sit in uno, etiam in alio homicidii casu esse potest.

9. עָלַי הָיָה, *mihî sit culpa*, sc. si qua sit in hac re, quam tamen non esse persuasum habeo. Hoc addidit, ut omnem scrupulum ex conscientia regis eximeret. — נָקֵרִי purus, insons (3, 28), h. l. *immunis poenae*, cfr. Gen. 44, 10.

10. הֲמֵדַבֵּר אֵלַיךָ וְגו' *si quis porro adversus te locutus fuerit, eum ad me adducito*. — לֹגֵעַתָּה בִּי, *te tangere* i. e. tibi molestus esse.

11. וְזָכַרְתָּ נָא הַמֶּלֶךְ אֶת־יְהוָה, *recordetur rex Jehovah* i. e. memineris, o rex, Jehovah misericordem esse nec perdere peccatores, cfr. v. 14: לֹא־יִשָּׂא אֱלֹהִים נֶפֶשׁ — מִהַרְבִּיחַ גֹּאֵל הַדָּם לְשֹׁהַת — (מִהַרְבַּת), *ne multiplicet vindex sanguinis perdere* i. e. ne plures e familia mea pereant. Alii: *ne multiplicentur* i. e. multi sint vindices sanguinis (Vulg., Luth.). — אֶבֶן־יִפֹּל וְגו' *ne unus quidem e pilis filii tui in terram cadet* (cfr. 1 Sam. 14, 45, 1 Reg. I, 52, Act. 27, 34) i. e. ne minimum quidem malum ei eveniet, ne minima quidem poena afficietur.

12. וְהִיאָמַר הָאִשָּׁה וְגו' *jam promisso regis confidentior facta mulier a ficto illo casu ad causam Absalomi transit et aperte pro eo agere incipit*.

13. וְלָמָּה תִּשְׁבָּחַתְּ בְּזִמְתָּ עַל־יְצֵם אֱלֹהִים, *cur tale quid cogitasti de populo Dei* (v. *contra populum Dei*)? i. e. cur sic statuisti in causa, quæ ad populum Dei pertinet, quam nempe Absalomus hæres regni esset. — הֲמֵדַבֵּר הַמֶּלֶךְ הַרְבֵּי הַדָּם וְגו' *si quis porro adversus te locutus fuerit, eum ad me adducito*.

Sectio XXV.

2 Sam. cap. XV.

Absalomus, postquam variis artibus favorem populi captavit, contra patrem suum rebellat. David urbe relicta cum suis fugit; nonnullos tamen ex amicis suis in urbem remittit, ut consilia Absalomi explorent sibi que renuntient.

1. וַיַּעַשׂ לִי, *comparavit sibi*, cfr. Gen. 12, 5. 31, 1. — אִישׁ רָצִים לְפָנָיו, *viri currentes ante eum* i. e. satellites, Josephus (Ant. VII, 9, 1) ὄπλοφόροι; cfr. 1 Sam. 8, 11, ubi pompa regia describitur. 1 Reg. 1, 5 dicitur Adonia eodem modo dignitatem regiam sibi arrogasse.*

2. אֶל-יָדוֹ s. עַל-יָדוֹ (Num. 34, 3), etiam אֶל-יָדוֹ (2 Sam. 14, 30. 18, 4) et לְיָדוֹ (1 Chr. 18, 17. 23, 28), *ad latus, juxta*, Syr. ܐܠܝܕܘܗܝܐ. — וַיֹּאמֶר מֵאַחַד טְבַטְיִישׁרָאֵל עֲבָדָהּ, *et dicebat: ex una tribuum Israelis (sc. quam nominavit) est servus tuus*, i. e. quum ille tribuum aliquam nominasset, etc. Bene Michael. „sagte er: aus dem und dem Israelitischen Stamm, so —“.

3. יָבֵן, *rectus*, pr. de via recta, metaph. *aquus, probus, integer*.

4. מִיִּשְׁפָּחִי, *quis constituet me judicem* i. e. utinam iudex constituerer; ita sæpe pron. interrog. optative ponitur, cfr. 19, 1, Ps. 4, 7. 14, 7. — מִשְׁפָּחִי, h. l. *causa judicanda*. — וַיִּתְּנֵהָ לָּהּ, *et jus ei redderem*, LXX καὶ δικάσω αὐτόν, Vulg. *et juste judicem*; צָדִיק justus fuit, Hiph. justificavit, justum declaravit.

5. וַיִּתְּנֵהָ pro usitatore וַיִּתְּנֵהָ, ut 6, 16, Jud. 19, 30, 1 Sam. 17, 48, 2 Reg. 3, 15.

6. גָּנַב, *furatus est, furto abstulit*, 2) *fefellit*, vulgo sequ.

de spe generis ad paucos redacta dicitur. Conditionem suam mulier miserrimam fluxit, ut eo facilius dispensationem a rigore legis veniamque pro filio a rege obtineret, et ita viam pararet ad eandem Absalomo comparandam; nam si dispensationi locus sit in uno, etiam in alio homicidii casu esse potest.

9. עָלַי הָעֵינָן, *mihī sit culpa*, sc. si qua sit in hac re, quam tamen non esse persuasum habeo. Hoc addidit, ut omnem scrupulum ex conscientia regis eximeret. — נָקִי, purus, insons (3, 28), h. l. *immunis poenæ*, cfr. Gea. 44, 10.

10. הַמְדַבֵּר אֵלַיךָ וְגו', *si quis porro adversus te locutus fuerit, eum ad me adducito*. — לְגַעֲשֵׁי בָךְ, *te tangere* i. e. tibi molestus esse.

11. תִּזְכָּר בְּנֵי הַמִּלְכָּה אֲחֵיכֶם, *recordetur rex Jehovæ* i. e. memineris, o rex, Jehovam misericordem esse nec perdere peccatores, cfr. v. 14: לֹא-יִשָּׂא אֱלֹהִים נַפְשׁ — מִהַרְבֵּית גֹּאֲלֵ הַדָּם לְשִׁחָתָהּ (מִהַרְבֵּית), *ne multiplicet vindex sanguinis perdere* i. e. ne plures e familia mea pereant. Alii: *ne multiplicentur* i. e. multi sint *vindices sanguinis* (Vulg., Luth.). — אֶבְיֹבֵל וְגו', *ne unus quidem e pilis filii tui in terram cadet* (cfr. 1 Sam. 14, 45, 1 Reg. 1, 52, Act. 27, 34) i. e. ne minimum quidem malum ei eveniet, ne minima quidem poena afficietur.

12. תִּתְאָמֵר הָאִשָּׁה וְגו', *jam promisso regis confidentior facta mulier a ficto illo casu ad causam Absalomi transit et aperte pro eo agere incipit*.

13. הֲלָמָּה הִשְׁבַּחְתָּ מְנַחֵם עַל-עַם אֱלֹהִים, *cur tale quid cogitasti de populo Dei (v. contra populum Dei)?* i. e. cur sic statuisti in causa, quæ ad populum Dei pertinet, quum nempe Absalomus hæres regni esset. — יִמְדַבֵּר הַמִּלְכָּה הַדְּבָר הַזֶּה וְגו',

*nam dum rex hæc verba loquitur*¹⁾, *est ut reus* (i. e. se ipsum reum arguit, se ipsum damnat), *quia non reduxit rex expulsus suum.* נָדָחוּ ex נָדַח v. 14.

14. כִּי-מוֹתָ נְמוֹתָ וּג', *nam mortales sumus etc.*, primum argumentum petitum a periculo, ne Absalomus in exsilio moreretur, ita ut reduci non posset, etiamsi rex cum reducere vellet. — וְלֹא-יִשָּׂא אֱלֹהִים נֶפֶשׁ וּג'; secundum argumentum petit mulier a clementia Dei; *Deus non e medio tollit animam, sed etiam atque etiam cogitat de expulso non a se repellendo*, sc. sine omni spe veniæ et in æternum. Simplex hæc explicatio sensum satis commodum fundit, nec opus est confugere ad artificiosam interpretationem Clerici, qui אֱלֹהִים de *principe* sumit (coll. Exod. 21, 6. 22, 7. 8) et vertit: *annou princeps ignoscere potest alicui et excogitare rationem, ne exsulem a se depellat?*

15. וְעַתָּה אֲשֶׁר-בָּאתִי, *jam quod veni*, sc. ideo feci. — כִּי גִרְאֵנִי הָיָה, *quod terruerunt me homines*; LXX legerunt יִרְאֵנִי: ὅτι ὄψεται με ὁ λαός, quos sequitur J. D. Michael „jehst, da ich gekommen bin, siehet mich das Volk.“

16. כִּי יִשְׁמַע הַמֶּלֶךְ, *nam audiet rex*, sc. tristem hanc narrationem non sine commiseratione. — לְהַשְׁמִיד, *qui perdere vult*; אִישׁ לְהַשְׁמִיד, pr. *vir ad perdendum* sc. paratus. — מִמֶּנְהָלֵת אֱלֹהִים, *ex possessione Dei* i. e. e terra Israelitica, cfr. I Sam. 26, 19, Deut. 32, 9, Ps. 28, 9. 94, 5. 106, 40.

17. יְהוָה-יְנַח דְּבַר אָזְנִי לְמַנְהָה, *erit verbum domini mei in quietem* i. e. mitiorem sententiam pronuntiabit in causa Absalomi. LXX habent εἰς θυσίας, quasi legissent לְמַנְהָה et Vulg. *sicut sacrificium*. — כְּמַלְאךְ הָאֱלֹהִים, *ut angelus*

1) מִשְׁבֵּר, part. Hithp. a מִשְׁבַּר, pro מִשְׁבֵּר, præter h. l. Num. 7, 89, Ezech. 2, 2, 43, 6.

Dei, cfr. v. 20, 19, 28. 1 Sam. 29, 9. — לְשֹׁמֵעַ הַטּוֹב וְהָרָע, *ut intelligat bonum et malum* i. e. omnia, cfr. v. 20 *ut intelligat bonum et malum* i. e. omnia, cfr. v. 20 לְדַעַת אֶת־כָּל־אֲשֶׁר בְּאָרֶץ; indicatur summa sapientia, divinæ similis, cui tute confidere licet. שֹׁמֵעַ interdum est *intelligere*, cfr. Gen. 11, 7. 42, 23, 1 Reg. 3, 9.

19. אֶת־יָמִינִי וְלִדְשָׁמִיִּל רָגַ' pr. *non est ad dextram aut ad sinistram discedere ab omnibus, que locutus est dominus meus*, i. e. minime erras in eo, quod dixisti. שָׁא pro רָגַשׁ, *est*, præter h. l. semel, Mich. 6, 10, Aram. אֶת־יָמִינִי אֶת־יָמִינִי pro הַיְמִינִי, verbum denom. a יָמִינִי, dexter; אֶת־יָמִינִי pro הַשְּׂמָאלִי a שְׂמָאל, sinister.

20. לְעֲבֹר סִבָּב אֶת־בְּנֵי הַדָּבָר, *ut mutarem v. ænigmatically converterem speciem rei*, sc. transferendo in me et familiam meam, quod ad regem et filios ejus pertinebat.

21. הַפְּדוּנָא עָשִׂיתִי אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה, *en, feci rem hanc* i. e. precibus tuis per mulierem propositis indulsi. Sic omnes interpretes secundum Cthib, neque admittenda est lectio Masoretharum עָשִׂיתִי, *fecisti*; cfr. v. 22 עָשִׂיתִי אֶת־הַדָּבָר עָבָדוּ.

26. מִמָּנָח יְמֵי לְנָמִיִּם, *a fine dierum in dies* i. e. quotannis, cfr. formulam מִמָּנָח יְמֵי מִמָּנָח Exod. 13, 10, Jud. 11, 40. 21, 19, 1 Sam. 1, 3. 2, 19. LXX habent perperam ἀπ' ἀρχῆς ἡμερῶν εἰς ἡμέρας, Vulg. vero recte: *semel in anno*. — וְשָׁקַל אֶת־שֵׁעָרָא רֵאשִׁי מֵאֲתָרֵיב שְׁתַּלְיָב (pr. ponderabat capillos capitis sui) *ducentos siclos*; quum hoc pondus verisimile longe superet, videtur mendum in numerum irrepsisse.

30. וְהִצְתִּיתֶיהָ, *et incendam eam*, Masorethæ legerunt וְהִצְתִּיתֶיהָ, *et incendite eam*, ob sequens, וְהִצְתִּיתֶיהָ. Est rad. הִצַּת. Sub finem hujus commatis LXX addunt: καὶ παραγίνονται οἱ δοῦλοι Ἰωάβ πρὸς αὐτὸν διεξήρηγότες τὰ ἰμέτια αὐτῶν, καὶ εἶπον ἐνεπύρισαν οἱ δοῦλοι Ἀβεσσαλὼμ τὴν μερίδα ἐν πυρὶ, quod additamentum Vulg. quoque habet.

Sectio XXV.

2 Sam. cap. XV.

Absalomus, postquam variis artibus favorem populi captavit, contra patrem suum rebellat. David urbe relicta cum suis fugit; nonnullos tamen ex amicis suis in urbem remittit, ut consilia Absalomi explorent sibi que renuntient.

1. וַיַּעַשׂ לִי, *comparavit sibi*, cfr. Gen. 12, 5. 31, 1. — אִישׁ רָצִיב לְפָנָיו, *viri currentes ante eum* i. e. satellites, Josephus (Ant. VII, 9, 1) ὀπλοφόροι; cfr. 1 Sam. 8, 11, ubi pompa regia describitur. 1 Reg. 1, 5 dicitur Adonia eodem modo dignitatem regiam sibi arrogasse.

2. עַל-יָדוֹ s. עַל-יְדָיו (Num. 34, 3), etiam אֶל-יָדוֹ (2 Sam. 14, 30. 18, 4) et לְיָדוֹ (1 Chr. 18, 17. 23, 28), *ad latus, juxta*, Syr. ܦܳܠܳܘܳܘܳܬܳܐ. — וַיֹּאמֶר מֵאַחַד שְׁבַטֵי יִשְׂרָאֵל עֲבָדָהּ, *et dicebat: ex una tribuum Israelis (sc. quam nominavit) est servus tuus*, i. e. quum ille tribuum aliquam nominasset, etc. Bene Michael. „sagte er: aus dem und dem Israëlitischen Stamm, so —“.

3. נָבִיא, *rectus*, pr. de via recta, metaph. *aquus, probus, integer*.

4. מִיִּישָׁפֵטִי, *quis constituet me judicem* i. e. utinam judex constituerer; ita sæpe pron. interrog. optative ponitur, cfr. 19, 1, Ps. 4, 7. 14, 7. — מִשְׁפָּט, h. l. *causa judicanda*. — וַיִּתְּנֶנָּהּ לָּהּ, *et jus ei redderem*, LXX *καὶ δικαιοῶσω αὐτόν*, Vulg. *et juste judicem*; קָצַד justus fuit, Hiph. justificavit, justum declaravit.

5. וַיִּתְּנֶהּ לָּהּ pro usitatore וַיִּתְּנֶהּ, ut 6, 16, Jud. 19, 30, 1 Sam. 17, 48, 2 Reg. 3, 15.

6. גָּנַב, *furatus est, furto abstulit*, 2) *sefeliit*, vulgo sequ.

בָּ, ut Gr. *κλέπτειν νόον* (Gen. 31, 20. 27), Piel, id., h. l. *furtim sibi conciliabat*, LXX *ἰδιοποιεῖτο*.

7. אַרְבָּעִים שָׁנָה אַחֲרֵי כֵן, *post quadraginta annos accidit*; sine dubio textus h. l. corruptus est, nam initium horum annorum ducendum videtur a reditu Absalomi e Gesura, de quo in proxime præcedentibus sermo fuit, neque intelligi possunt anni ætatis Absalomi¹⁾ aut — quod fere idem est, cfr. 3, 2. 3 — anni regni Davidis²⁾. Pro אַרְבָּעִים recipienda videtur lectio אַרְבָּע, quam exhibent Josephus, Syr., Arabs, et approbarunt Cappellus, Grotius, J. D. Michael, Dathe, Schulz, alii, quorum plerique hos quatuor annos numerandos putant a reditu Absalomi (14, 23), pauci a primo Davidis cum Absalomo colloquio (14, 33)³⁾. Duo codices (Kennic. 70. 96) habent אַרְבָּעִים יוֹם, *quadraginta dies*, quam scripturam Hitzig (*Begriff der Kritik* p. 146) et Maurer⁴⁾ laudarunt. — בְּחֶבְרוֹן, Hebron erat urbs natalis Absalomi (3, 2. 3).

1) Dicitur Absalomus 14, 21. 18, 5 אֶחָד, *juvenis*.

2) Ita quidem Clericus et J. H. Michael., sed David quadraginta omnino annos regnavit (2 Sam. 5, 4, 1 Reg. 2, 11), et ultimo vitæ tempore a vigore, quem in seditione Absalomica ostendit, prorsus destitutus erat senex septuagenarius (2 Sam. 5, 4, 1 Reg. 1, 1 seqq.).

3) Josephus ambigue: μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καταλλαγῆναι τεσσάρων ἔτων ἤδη διεληλυθότων.

4) Maurer: „Equidem ego legendum puto אַרְבָּע, licet paululo angustius ac brevius hoc temporis spatium videri possit. Quominus enim אַרְבָּעִים scribam, hoc me impedit, quod numeralia 2—10 exceptis paucissimis exemplis (Gesen. Gr. ampl. p. 696, Gr. min. § 118, 2) cum plurali construuntur. Ceterum res ipsa docet, istos quadraginta dies numerandos esse ab eo tempore, quo Davides cum filio prorsus in gratiam redierat.“

8. אִב־יָשׁוּב יִשְׁבְּנִי יְהוָה, *si reduserit, reduserit me Jehora*, pro אִם שׁוּב יִשְׁבְּנִי Masorethæ: אִם יָשׁוּב יִשְׁבְּנִי, *si revertatur et reduserit me* i. e. si iterum reduserit me. — וְעַבְדְּהִי אֶת־יְהוָה, *colam Jehovam, sc. sacrificio* (v. 12), Jos. *θυσίαν ἀποδοῦναι τῷ θεῷ*.

10. מָלַךְ, h. l. *regnare coepit, rex factus est*; eodem modo 2, 10. 5, 4 de initio regni occurrit.

11. קָרָאִים, *invitati, quasi ad epulas sacrificales* (cfr. 1 Sam. 9, 13. 22. 16, 3), Jos. *ὡς ἐπὶ θυσίαν μετεσταλμένοι*.

12. וַיִּשְׁלַח, h. l. *arcessivit* (Vulg.), Luth. „sandte nach“, cfr. Gr. *μεταπέμπειν*. — גִּילֹנִי, *Gilonita, nomen gent. a גִּלָּה*, ut שִׁילֹנִי (1 Reg. 11, 29. 12, 15) a שִׁלָּה. Gilo erat urbs in montanis Judæ sita, cfr. Jos. 15, 51. — וַיִּקְשֶׁר, *conjuratio, a קָשַׁר, ligavit, conspiravit*. — אֶמְצִי, *firmus, fortis, validus, ισχυρός, ex אָמַץ, alacer, fortis fuit*. — וְהָיָה וְרַב אֶת־אֲבִישָׁלוֹם, *ivit et multus fuit cum Absalomo* i. e. magno numero Absalomum sequebatur, aut *indies plures ad Absalomum confluebant*; v. de hoc usu verbi הִלָּךְ Part. I. pag. 41 (ad 2 Sam. 3, 1).

14. נָדָה, *impulit, 2) expulit, extrusit, repulit* (14, 14), Hiph. הִדְרִיחַ id., h. l. *immisit*.

16. בְּרַגְלָיו, *in pedibus (vestigiis) ejus* i. e. post v. pone eum, sequebatur eum; sic etiam v. 17 et 18. Alii vertunt: *pedibus suis*, ita LXX *τοῖς ποσὶν αὐτῶν* et v. 17 *πεζῶν*, pedestri itinere, Vulg., Luth. „zu Fuße.“

17. בֵּית הַמְּדִינָה, *domus remotionis*, videtur fuisse locus prope Hierosolyma ad torrentem Kedron (v. 23). Male Vulg. *procul a domo* et Luth. „ferne vom Hause.“

18. עַל־דָּוִד, *juxta eum, prope eum*, cfr. v. 2. — הַמְּדִינָה, *satellites Davidis*, cfr. 8, 18 (Part. I. pag. 81). — וַיִּבְרְחוּ עֲלֵי־פְנֵי הַמֶּלֶךְ, *transibant coram rege, ut qui et quales essent, quos secum ducebat, cognosceret*.

19. $\eta\mu\acute{\alpha}\nu \lambda\epsilon\gamma\epsilon\iota\mu\epsilon\theta\iota$ varie explicatur; alii conjungunt cum $\eta\mu\acute{\alpha}\nu$: *exsul de loco tuo* i. e. de patria tua (ita LXX $\mu\epsilon\tau\acute{\omega}\lambda\eta\gamma\alpha\sigma\sigma\acute{\upsilon} \epsilon\lambda\zeta \tau\omicron\upsilon\tilde{\nu} \tau\omicron\pi\omicron\upsilon \sigma\omicron\upsilon$, Vulg., Syr., Ar., Luth.), alii rectius cum $\eta\mu\acute{\alpha}\nu$: *redi ad locum tuum* s. in patriam tuam.

20. $\lambda\epsilon\gamma\epsilon\iota\mu\epsilon\theta\iota$ s. $\eta\mu\acute{\alpha}\nu$, Gr. $\chi\theta\acute{\epsilon}\varsigma$ s. $\acute{\epsilon}\chi\theta\acute{\epsilon}\varsigma$, heri, h. l. *nuper*. — $\eta\mu\acute{\alpha}\nu$, nutare, vacillare, vagari, Hiph. vagari facere, *in exsiliium abducere*. — $\eta\mu\acute{\alpha}\nu \eta\mu\acute{\alpha}\nu \epsilon\lambda\zeta \tau\omicron\upsilon\tilde{\nu} \tau\omicron\pi\omicron\upsilon$, *ego vero ibo, quo potero, incertus sum, quo me convertam*, Luth. „ich aber will gehen, wo ich hin kann gehen;“ cfr. 1 Sam. 23, 13: $\eta\mu\acute{\alpha}\nu \eta\mu\acute{\alpha}\nu \epsilon\lambda\zeta \tau\omicron\upsilon\tilde{\nu} \tau\omicron\pi\omicron\upsilon$ eodem sensu. — $\eta\mu\acute{\alpha}\nu \eta\mu\acute{\alpha}\nu$ alii vertunt: *tecum fuit gratia et fides* i. e. te virum bonum esse, jam satis probasti (Dathe¹), al. optative sumunt: *tecum sit gratia et veritas*, sc. Dei, ita LXX: $\zeta\acute{\upsilon}\rho\iota\omicron\varsigma \pi\omicron\upsilon\iota\acute{\upsilon}\sigma\epsilon\iota \mu\epsilon\tau\acute{\alpha} \sigma\omicron\upsilon\tilde{\nu} \acute{\epsilon}\lambda\epsilon\omicron\varsigma \kappa\alpha\iota \acute{\alpha}\lambda\acute{\eta}\theta\epsilon\iota\alpha\nu$ ²). Maurer $\eta\mu\acute{\alpha}\nu$ cum antecedentibus conjungendum esse putat, $\eta\mu\acute{\alpha}\nu \eta\mu\acute{\alpha}\nu$ vero adverbialiter sumendum: *revertere et reduc fratres tuos tecum in caritate et fide*.

21. $\eta\mu\acute{\alpha}\nu \eta\mu\acute{\alpha}\nu$, *sive ad mortem sive ad vitam* i. e. sive moriendum sit sive vivendum, sive adversa sive secunda fortuna utaris.

23. $\eta\mu\acute{\alpha}\nu \eta\mu\acute{\alpha}\nu$ pro $\eta\mu\acute{\alpha}\nu$ *omnes hujus tractus incolæ plorabant*. — $\eta\mu\acute{\alpha}\nu$, *Kεδρώων* (Joh. 18, 1, Jos. Ant. VIII, 1, 5), torrens ($\eta\mu\acute{\alpha}\nu$, $\chi\epsilon\iota\mu\alpha\acute{\alpha}\rho\acute{\omicron}\varsigma$) inter Hierosolyma et montem olivarum (h. e. ab oriente urbis) fluens, qui in mare mortuum effunditur. Nomen derivatur a $\eta\mu\acute{\alpha}\nu$, *obscurus, sordidus fuit*, et ita appellabatur, quia aqua ejus nigra et turbida est tum ob arborum ad ripas ejus

1) Eundem sensum *Michaelis* exprimit, liberius vertens: „ich sehe dieß nicht als Bruch der Treue und Freundschaft an“.

2) *Vulg.* hanc duplicem versionem habet: *Dominus faciet tecum misericordiam et veritatem, quia ostendisti gratiam et fidem*.

consitarum copiam, tum a sordibus ex urbe in eum deductis.

24. וַיִּצֶק, fudit, effudit, Hiph. הִצִּיק i. q. הִצִּיג, *posuit, collocavit*, cfr. Josv. 7, 23. — וַיַּעַל אֲבִיטָר, *et ascendit Abjathar* i. e. venit quoque A.; al. excipiunt ut Hiph. *holocausta obtulit*, præeunte Michael. „X. opferte, bis daß ganze Volk aus der Stadt gegangen war.“ — עָרִיזָה, *quum desiisset*; et intrans. absolutus, peractus, finitus est, et trans. absolvit, sequ. הֵ עָרִיזָה.

27. הֲרֵאָה אֵינָהּ, *num videns es? excitantis est*, ut רָאָה v. 28, attende; LXX utroque loco vertunt ἴδεναι. Vulg. הָאֵל ut articulum exceptit: *o videns*, et Luth. eodem modo: „o du Seher!“

28. מָהוּ, Hithpalp. *cunctatus est, moratus est*, cfr. Gen. 19, 16. 43, 10. — עֲבָרוֹת, plur. ex עָבְרוּ, *navis trajectory, ratis flumini trajiciendo comparata* (19, 19), h. l. pro עֲרֵבוֹת (Kri), plur. ex עָרְבוּ, *locus campestris, planities* (Syr. ^أعربا, Vulg. *campestris*), ita etiam 17, 16. LXX utroque loco Kri exhibent ut nom. pr. Ἀραβώθι.

30. מַעְלֵה הַיַּרְדֵּי, *clivus s. mons olivarum*; מַעְלֵה, *ascensus, locus, per quem ascenditur, ἀνάβασις*, 2) *clivus*. — רֵאשׁ הַתְּשִׁיבִי, *caput opertum*, erat indicium doloris, cfr. Jer. 14, 3, 4, Ezech. 24, 17, Esth. 6, 12. — רַחֵם, *discalceatus*, LXX ἀνυπόδετος, Vulg. *nudis pedibus*, etiam signum luctus, cfr. Jes. 20, 3, Ezech. 1. c.

31. וַיְדַבֵּר הַקִּיָּי, *et David declaravit*; sic Michaelis (sequ. Schulz, Gesen., al.) monens, Davidem jam antea novisse, Achithophelem participem conjurationis esse, sed noluisse id declarare, ne populus animum prorsus desponderet ipsumque desereret, quum omnes calliditatem hujus viri metuerent. Sed omnes antiqui interpretes et plerique

cædem Saul, Isbosethi et Abneri Davidi imputare voluit, aut respicit ad historiam, quæ legitur 21, 1—9. — וְהִנֵּה בְרִשְׁתְּךָ, *ecce te in malo tuo*, sc. quod nequitia tua meritus es.

9. חֲקֵלֵב הַמָּוֶת, *canis mortuus*, convicium summum contemptum exprimens, cfr. 9, 8. — וְאַסְיִירָה אֶת־רֹאשׁוֹ, *et amoveam caput ejus* i. e. ut eum occidam, cfr. 4, 7, 1 Sam. 17, 46.

10. מַה־לִּי וְלָכֶם, *quid mihi vobiscum rei est?* LXX τί μοι καὶ ὑμῖν, cfr. 19, 23, 1 Reg. 17, 18, Joh. 2, 4 τί μοι καὶ σοί. — כִּי יִקְלֵל בִּי יְהוָה אָמַר לִי רֹגֵל, *quando maledixerit et quando Jehova dixerit ei: maledic Davidi, quis tum (רמתי) dicat: cur ita facis?* i. e. quando jubente Jehova mihi maledixerit, quis eum propterea in jus vocet? Quum igitur hæc lectio sensum satis commodum fundat, non opus est cum Masorethis legere כִּי יְהוָה אָמַר לִי, *ita maledicit, quia J. ei dixit*. LXX habent ἄφετε αὐτὸν καὶ οὕτως καταράσθω, ὅτι κύριος εἶπεν αὐτῷ καταράσθαι τὸν Δαυὶδ, et eodem modo Vulg. *dimittite eum, ut maledicat; Dominus enim præcepit ei, ut malediceret D.* Josephus (Ant. VII, 9, 4) sensum verborum bene sic exprimit: οὐ δὴ τοῦ προσγλυσσῶντός μοι τούτου κυνὸς αἰδώς τις ἢ φροντίς ὑπέρχεται τῷ θεῷ δὲ εἰκω, δι' ὃν οὗτος ἐφ' ἡμᾶς ἀπενόηθη, *nulla reverentia aut cura ducor rabidi hujus canis; Deo vero cedo, per quem hic in nos insanus factus est*.

11. מִבְּקֶשׁ אֶת־נַפְשִׁי, *quærit animam meam* i. e. conatur vitam mihi eripere, cfr. 4, 8. — הִמָּוֶה לִּי יְהוָה, *sinite eum maledicere*, LXX ἄφετε αὐτὸν καταράσθαι.

12. אֶת־לִּי יְהוָה יִרְאֶה, *fortasse respiciet J. ad calamitatem meam*, LXX εἴπωσ ἴδοι κύριος ἐν τῇ ταπεινώσει μου et Vulg. *si forte respiciat Dominus afflictionem meam* (יָיִן 1) peccatum, culpa, 2) poena

peccati, calamitas, miseria, cfr. Ps. 31, 11. Non admit-
tenda est lectio Masoretharum בְּעֵינַי: *fortasse respiciet*
Jehova ad oculum meum, sc. lacrymas fundentem.

13. צָלַע, 1) costa (Gen. 2, 21. 22), 2) *latus* et hominis
et rerum, Gr. πλευρά. — לְעִמּוֹתָי (pr. subst. עִמָּה cum suff.),
juxta, prope eum.

14. עָפְפִים, *fessi*, cfr. v. 2. J. D. Michael., Schulz et
Dathe sumserunt ut nom. pr. loci ob sequens שָׁם — וַיִּנְפֹּשׂ,
respiravit, requievit (נָפַשׁ anima), præter h. l. Exod. 23, 12.
31, 17. LXX ἀνέψυξαν, Vulg. *refocillati sunt*. — שָׁם
i. e. Bachurimi, cfr. v. 5.

16. הָאֲרָכִי רֵעֵה דָוִד, *Archita, amicus Davidis*, ut recte
Vulg.; absurde vero legitur in editionibus LXX ὁ ἀρχι-
ταῖρος Δαβὶδ, ut 15, 32.

17. זֶה הַסֶּהֱדָה אֶת־רֵעֶךָ, *haecine est benignitas tua erga*
amicum tuum?

18. לֹא אֶהְיֶה לְךָ אֶתְּהִיהוּ (Kri), *ei i. e. ejus ero*, ut Ex.
21, 8, Lev. 11, 21, 1 Sam. 2, 3.

19. הַשְּׂנִייתָ, *secundo i. e. præterea*, Vulg. *bene ut et*
hoc inferam, Luth. „zum andern.“

20. הָבוּ לָכֶם עֲצָה, *date consilium*, (לָכֶם pleonastice posi-
tum), Vulg. *inite consilium*.

21. בּוֹיָא אֶל־פְּלִגְשֵׁי אִבִּיךָ; apud Orientales hoc erat jus
successoris, ut uxores antecessoris sui haberet, cfr. 12, 8,
Herod. III, 68, ubi Pseudo-Smerdes dicitur Phædimam,
filiam Otanis, antea Cambysi nuptam, ceterasque hujus uxores
habuisse. — כִּי־יִבְאֵשֶׁת אֶת־אִבִּיךָ, *te foetidum i. e. invisum*
factum esse patri tuo, cfr. 10, 6. Consilium Achithophelis
hanc vim habuit, ut Absalomus publice se pro rege gereret,
et sectatoribus suis ostenderet, non esse, cur timerent,
ne ille patri suo reconciliaretur, ac proinde ne aliquando
pace facta ab eo proderentur.

recentiores (Clericus, Dathe, Maurer) passive vertunt: *Davidi indicatum est*, ac si scriptum esset וְלִדָּוִד הָיָה הַיָּדוּעַ, *et Davidi indicavit* sc. aliquis (אִישׁ) s. nuntius (הַמְּגִיד v. 13), aut וְלִדָּוִד הָיָה הַיָּדוּעַ, quod sensum longe meliorem præbet¹⁾. — סכל, Syr. ⁷سكلا, stultus fuit, Piel *stultum* i. e. *vanum, irritum reddidit*.

32. הָאֲרָמִי, *Archita*, incola urbis in tribu Ephraimi sitæ, quæ Josv. 16, 2 dicitur אֲרָמִי עֲשֵׂרוֹת. In vers. LXX legitur ὁ ἀρχιμεταίτορος Δαυὶδ (haud dubie pro ὁ Ἀρχι²⁾ εἰταίτορος Δαυὶδ, cfr. v. 37 (רֵעֵה דָּוִד). — קרוֹעַ בְּתַנְתּוֹ וּג' cfr. 1, 2.

33. וְהָיְתָה עָלַי לְמִשָּׂא, *oneri mihi eris*; inde patet, Chusæum senem fuisse, molestiis belli parum aptum.

Sectio XXVI.

2 Sam. cap. XVI.

Ziba Mephibosethum calumniatur apud Davidem, qui nimis credulus hujus fundos illi donat. Simeï conviciis proscindit Davidem, sed hic patienter injurias ejus perfert. Chusæus persuadet Absalomo fidem suam. Absalomus Achithophelem consiliarium habet.

1. נַעַר, h. l. *servus*, ut Gr. παῖς, cfr. 9, 9. — צָמַד, *par, jugum*, ζεύγος, a צָמַד, Syr. ⁷صاح, ligavit. — יְחַבְּשִׁים, *clitellati*, part. Paul a חָבַשׁ, ligavit, alligavit, 2) stravit jumenta, sc. clitellis alligandis, Gr. ἐπιστάσσειν, cfr. Gen.

1) הָיָה הַיָּדוּעַ construitur cum accusat. personæ Ezech. 43, 10 הָיָה אֲחֵרֵבִית וְשָׂרָאֵל et Job 26, 4 אֲחֵרֵמִי הַגִּדָה מִלֵּין 4, quare Maurer putat, הָיָה הַיָּדוּעַ esse accus., sed tum nota accusativi deesse non potuit.

2) 17, 5. 14 habent recte ὁ Ἀραχί.

22, 3, — צמנוקים, *uvæ passæ et placentæ* inde factæ, cfr. 1 Chr. 12, 40. — קרץ, *messis, æstas* (Gen. 8, 22), 2) per metonym. *fructus æstivi*, spec. *ficus aridæ, palathæ*; LXX habent *φοίνυκες*, dactyli. — נבל, *uter, ἀσχός*.

2. הָאֵלֶּיךָ מִיָּדֶיךָ, *quorsum ista tibi?* i. e. quem in finem hæc affers? — וְהִלַּחְתָּם (Cthib) alii legunt וְהִלַּחְתָּם, *et ad cibum* sc. portandum, alii וְהִלַּחְתָּם, *et ad pugnandum* sc. in illis. Sed præferendum est Kri וְהִלַּחְתָּם, *et panes* (LXX, Syr., Vulg.), illudque לְנִגְלָתָם negligentia scribarum ex præcedenti בְּרִבְבָם ortum videtur. — הַיָּעֵיִת, coll. *defatigati, οἱ ἐκλελυμένοι*, i. q. עָיִת (v. 14).

3. כִּי אָמַר וְגו', est mera calumnia, cfr. 19, 25—31, Jos. Ant. VII, 11, 3: *διεβέβλητο ὑπὸ τοῦ ἐπιτρόπου Σιβᾶ πρὸς αὐτὸν (Davidem) ἀδίως*. — מַמְלַכְתָּא, *regnum*, (Josv. 13, 12, 1 Sam. 15, 28, Jer. 26, 1) i. q. מְלֻכְוֹתָא et מְלֻכְוֹתָא — אָבִי, h. l. *avi mei*, cfr. 9, 7.

4. הַשְׁתַּחֲוִיתִי, *gratias ago, cum humillima gratiarum actione donum accipio*. — אֶמְצֵא־חֵן, *inveniam gratiam*, i. e. porro me commendo favori tuo.

5. בְּדוֹרֵיִם, vicus in tribu Benjaminii situs prope Hierosolyma (Jos. Ant. VII, 9, 7 *Βαχουρίης*), antea commemoratus 3, 16.

6. סָקַל, *lapidavit, lapidibus petiit, λιθάξεν*, Piel id., etiam elapidavit (Jes. 5, 2).

7. צָא, *egredere* sc. regno. — אִישׁ בְּלִיעַל, *homo nequam, pessimus*¹⁾, LXX ἀνὴρ ὁ παράνομος; בְּלִיעַל (comp. ex בָּלִי, non, sine, et יָעַל, unde הוּעֵיל, utilis fuit), pr. inutilitas, deinde nequitia.

8. הַשִּׁיב עֲלֵיךָ יְהוָה כָּל דְּמֵי בֵית־שֹׁאֵל; his verbis Simeï aut

1) Inde *Bellag*, nomen Satanæ, 2 Cor, 6, 15.

22. וַיִּבֹא אֶבְשָׁלִים דג'; sic eventum habuit comminatio Nathanis prophetae 12, 11. 12.

23. Post וַיִּשָׂאֵל Masorethæ suppleverunt אִישׁ, *aliquis*¹⁾.

Sectio XXVII.

2 Sam. cap. XVII.

Consilio Achithophelis de Davide statim perseguendo consilium Chusæi ab Absalomo præfertur. Nuntio a Chusæo accepto David Jordanem trajicit. Achithophel laqueo vitam finit. David cum suis liberalitate fidelium quorundam sustentatur.

2. רָפָה יָדַיִם, *remissus manibus* i. e. ad resistendum imparatus, Michael. „forglos“. Aliis locis significat phrasis רָפָה יָדַיִם animum despondere, ita 4, 1.

3. כָּשׂוּב הַכֹּל הָאִישׁ אֲשֶׁר-אַתָּה מְבַקֵּשׁ דג', *quum omnes revertuntur, viri, quos tu quæris, totus populus pacatus erit.* LXX prorsus a textu recepto discedunt: ὃν τροπον ἐπιστρέφει ἢ νύμφη πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς· πλὴν ψυχῆν ἀνδρὸς ἐνὸς σὺ ζητεῖς, καὶ παντὶ τῷ λαῷ ἔσται εἰρήνη· videntur legisse כָּשׂוּב הַכֹּל הָאִישׁ אֲשֶׁר אַתָּה מְבַקֵּשׁ נָפְשׁוֹ. Vulg. etiam אָהָר et quidem bis legit: *quomodo unus homo reverti solet: unum enim virum tu quæris, et omnis populus erit in pace*, quæ quid sibi velint difficile dictu est. Syrus lectionem vulgarem exprimit: *أَمْ هُوَ يَسْأَلُ مَنْ يَكُونُ لِقَوْلِكَ مَنْ يَكُونُ لِقَوْلِكَ مَنْ يَكُونُ لِقَوْلِكَ*, *ac si rediret quisquis, quem velles, et totus populus salvus erit.* Inter recentiores interpretes multi difficultatem in

1) Hujus emendationis, קָרַי יְלֵא קְהֵיב, 10 exstant exempla; præter hoc in libro nostro 8, 3 et 18, 20, Jud. 20, 13, 2 Reg. 19, 31. 37, Jer. 31, 38, 50, 29, Ruth 3, 5. 17.

verbis Hebr. invenerunt, quæ re vera iis non inest. J. D. Michael. et secundum eum Schulz vert. *quando omnes revertentur, vir, cui insidiaris, sc. occisus erit; totus vero populus salvus erit*, quasi Achithophel per aposiopesis suppressisset verbum de cæde Davidis¹⁾; Dathe paulo aliter, eadem aposiopesis admissa: *idem erit ac si omnes reverterentur illo quem tu quæris interfecto*. Maurer duplicem explicandi rationem proponit, aut: *tunc reducam ad te universum populum, ac si reverterentur omnes, reverteretur vir ille, quem tu quæris*, i. e. ac si vir ille, quem tu quæris (David), cum suis omnibus reverteretur, aut: *tunc reducam ad te universum populum, ac si reduceret* (בְּשׂוֹבֵב sensu transitivo) *omnes vir ille, quem tu quæris*; sensum utriusque explicationis ita statuere jubet: Davide occiso reducam ad te universum populum sine tumultu, ut additur: *populus omnis fructur pace*. Sed subsistendum videtur in versione primum allata, quam exhibent Lutherus²⁾ et Clericus, utpote simplicissima et cum singulis textus verbis optime congrua. Nimirum amnestia proposita Achithophel putabat se facile amicos regis ad Absalomo parendum adducturum esse, Davide solo occiso (v. 2). יְהִי־הָיָה בְּשָׁלוֹם pro יְהִי־הָיָה שָׁלוֹם.

5. וְהִנֵּשְׂמָעָה מִה־בְּעִיֹר גַּם־הוּא, *ut audiamus, quid sit etiam in ore ejus* i. e. ut ejus quoque sententiam audiamus. גַּם־הוּא emphasis causa additum est, cfr. 19, 1, Gen. 4, 26. 10, 21. 27, 38.

1) Putant, Achithophelem cum Absalomo loquentem decenter non prolocutum esse sed gestu quodam indicasse, patrem ejus occidendum esse, nec observant, eum v. 2 diserte dicere: *occidam regem solum*.

2) „Wenn denn jedermann zu dir gebracht ist, wie du begehrest: so bleibet alles Volk mit Frieden.“

8. מְרִי נֶפֶשׁ, *amari anima* i. e. exacerbati, feroces (Michael. „grimmig“), cfr. 2, 26, Jud. 18, 25, 1 Sam. 30, 6. — בְּדוֹב שִׁבּוֹל, *instar ursæ catulis orbatae*, LXX ὡς ἄρξτος ἡτεκνωμένη, cfr. Hos. 13, 8, Prov. 17, 12. LXX addunt: καὶ ὡς ὕς τραχεῖα ἐν τῷ πεδίῳ. — וְלֹא יָלִין אֶת-הָעָם neque pernoctabit cum populo; LXX יָלִין ut Hiph. sumserunt: οὐ μὴ καταλύσῃ τὸν λαόν, non pernoctare sinet populum.

9. פֶּחַח, *fovea* (Syr. ܦܚܚܐ, fodit), LXX h. l. βουνός, quod errore scribarum ortum videtur a βόθυνος (*BOΘYΝOS*—omisso Θ—*BOYΝOS*), quo aliis locis ad hanc vocem exprimendam utuntur, ut 18, 17.

10. הִמָּס וְהִמָּס, *liquescendo liquefiet* i. e. pavore corripietur, Vulg. *pavore solvetur*. מָס Niph. liquefactus est, 2) confectus est (moerore Ps. 22, 15. 112, 10, timore h. l., Deut. 20, 8, Josv. 2, 11) ¹⁾.

11. וּמַנְיָדָה הִלָּכִים בְּקָרֵב, cfr. 3, 10. — מִדְּנִי וְעַד-בְּאֵר שִׁבְעָה, *et facies tua eat in proelium* i. e. tu ipse dux belli sis. קָרֵב, *conflictus, proelium*, vocabulum præter h. l. tantum in poetico sermone obvium (Ps. 55, 19. 22. 78, 9, Zach. 14, 3, Job 38, 23, Eccles. 9, 18), Syr. ܩܪܒܐ. LXX habent ἐν μέσῳ αὐτῶν (legerunt בְּקָרֵב), et Vulg. *in medio eorum*, quos sequitur Lutherus. Chusæus id agebat, ut Absalomus ipse se proelii periculis objiceret, ne, rebus infeliciter gestis, fuga salutem petere bellumque renovare posset.

12. בְּחַנְנִי, *nos*, i. q. אֲנַחְנִי, præter h. l. occurrit Gen. 42, 11, Exod. 16, 7. 8, Num. 32, 32, Thr. 3, 42. Multi vertunt: *castra ponemus* (בְּחַנְנִי), LXX παρεμβалоῦμεν, Cler., Schulz.

1) Eodem sensu metaphorico occurrit מָס, *fluere, diffluere*, e. c. Josv. 2, 9, et Lat. *liqueferi* Ovid. ep. ex Ponto l. I c. 2 v. 57.

13. וְהָשִׂיאוּ כָל-יִשְׂרָאֵל אֶל-הַעִיר הַזֹּאת הַבְּלִים וְגו', *omnes Israelitæ funes huic urbi circumdabunt, eamque trahemus in torrentem*; genus loquendi hyperbolicum: tanto erimus numero, ut vel funibus possimus totam urbem, quo voluerimus, trahere. — צָרוּר, crumena, 2) *lapillus*.

14. צָרָה, h. l. *decreverat v. ita rem direxit*; bene Luth. „schickte es also“.

16. עֲרֵבוֹת הַמִּדְבָּר pro עֲרֵבוֹת הַמִּדְבָּר, *campi deserti*, cfr. 15, 28. — תַּעֲבוֹר, *trajicias*, sc. Jordanem (v. 22). — וְבָלַע, h. l. impersonal. *exitium paratur*, quia sequitur ל (בלע absorpsit).

17. עֵינַי-רַגְלִי, fons prope Hierosolyma; commemoratur etiam Josv. 15, 7. 18, 16, 1 Reg. 1, 9. — לֹא יוּכְלוּ לְהִרְאוֹת לְבֵנֵי הָעִיר, *non potuerunt videri ingrediendo urbem* i. e. non audebant palam Hierosolyma ingredi, sc. ne speculatores haberentur.

18. בְּאֵר, *puteus, cisterna*, sc. quæ eo tempore sicca erat, cfr. Gen. 37, 22. 24.

19. מָקָה, *velamen*, LXX ἐπιβάλημα. — וַתִּשְׂפֹּחַ, *expandit, effudit*, Syr. , Arab. سَطَحَ, præter h. l. Num. 11, 32, Jer. 8, 2, Job 12, 23 et Piel Ps. 88, 10. LXX habent ἐψυξεν, sensum exprimentes, et Vulg. eodem modo: *quasi siccans*. — הָרַפְיָה (rad. רָפַח), *grana contusa* (Vulg. *ptisanæ* et Luth. Grütze, LXX vero male ut nom. pr. Ἀραβώθ); modo h. l. et Prov. 27, 22 occurrit.

20. מִיְכָל, *rivulus*; rad. מָכַל, Arab. مَكَل, parum aquæ continuit puteus. LXX habent παρῆλθαν μὲν τὸν ὕδατος et Vulg. *transierunt festinanter, gustata paululum aqua*.

21. אָתָּה-הַמַּיִם, *aquas*, sc. Jordanis (v. 22).

22. נִעְזָרָה, *relictus est* (ערר in Kal inusit.), etiam desideratus est, defuit (1 Sam. 30, 19, Jes. 40, 26. 59, 15).

23. גִּלּוֹ i. e. Gilo, cfr. 15, 12. — וְנָצַח אֶל-בֵּיתוֹ, *mandavit domui suae* i. e. res suas disposuit. — וְנָחַמְנָק, *laqueo mortem sibi conscivit*, indigne ferens, sibi non obtemperatum esse, et infelicem rebellionis exitum prævidens; LXX ἀπήγγξατο (Matth. 27, 5 de Juda Cariothensi), Vulg. *suspensio interiit*.

24. מְחַנְנִים, v. 2, 8.

25. וְהָרָא, pater Amasæ (1 Chr. 2, 17 et 1 Reg. 2, 5. 32 וְהָרָא¹)), dicitur h. l. וְהָרָא, sed offendit hæc indicatio, quia dignum memoratu non erat, mulierem Israelitidem viro *Israelitæ* nupsisse. LXX (cod. Rom.) habent Ἰεζραηλίτης et Vulg. *de Jesraeli*, quasi scriptum esset וְהָרָא, incola urbis Jesreelis. Sed vera lectio videtur esse וְהָרָא, *Ismaelita*, quæ exstat l. c. Chron. — אַבְיגַיִל; Abigail et Zeruja erant sorores Davidis (1 Chr. 2, 15. 16); pater earum dicitur h. l. בְּרָשָׁא, sed pater Davidis erat וְהָרָא. Igitur aut statuendum est, eas fuisse sorores uterinas Davidis, nimirum matrem earum primum maritum habuisse Nachasum et secundum Isæum (sic Seb. Schmidt, J. D. Michael, Schulz), aut בְּרָשָׁא per errorem ex v. 27 in hunc v. irrepsisse, aut patri Davidis duplex nomen fuisse²) (Clericus).

27. מְקַיֵּר antea commemoratus est 9, 4. — הָרְגֵלִים, hæc urbs Gileaditidis præter h. l. tantum commemoratur 19, 32.

1) Exempla diversarum formarum ejusdem nominis frequenter occurrunt, ita אַבְיגַיִל (h. v.) et אַבְיגַיִל (1 Chr. 2, 16), וְהָרָא וְהָרָא (v. p. 89), וְהָרָא et וְהָרָא (1 Chr. 2, 12, 13), וְהָרָא (2 Sam. 2, 18) et וְהָרָא (1 Chr. 2, 16).

2) Hujus rei exempla sæpissime antea habuimus, e. c. 1 Chr. 10, 2, 1 Sam. 31, 2 אַבְיגַיִל (1 Sam. 14, 49 וְהָרָא), 1 Chr. 3, 1 וְהָרָא (2 Sam. 3, 3 אַבְיגַיִל), 1 Chr. 8, 33 אַבְיגַיִל (2 Sam. 2, 8 וְהָרָא), 1 Chr. 8, 34 מְקַיֵּר (2 Sam. 4, 4 וְהָרָא).

